



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Angelus ab eo stipem accipit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

obibat, quibus quæ ad victum necessaria erant, largè, abundèq; sup-
peditabat.

Nocte quadam, cum his institu-
to suo occupatus panem viro cui-
dam nobili, sed pauperrimo defer-
ret; diaboli opera factum est, vt in-
tentus ille quo pacto currum præci-
piti cursu se ferentem declinaret;
mox in altissimã foueam casu dela-
psus sit. Sed Domino opem ferente,
ab^a Angelo confestim inter caden-
dum capillo capitis mirabiliter re-
tinetur, indeque nulla læsus ex par-
te ab eodẽ incolumis eripitur. In-
cidit ea res in annum Domini mil-
lesimum quingentesimum quin-
quagesimum.

*a Idem iu-
ratus af-
firmavit
Casar
Card. Ba-
ronius.*

*b Consimi-
le habes a-
pud Ioan-
nem Dia-
conum Vi-
ta S. Gre-
gorij Pap.
lib. I. c. 10.*

*c Hanc rem
Philippus
duobus sa-*

Angelus ab eo stipem accipit.

QUODAM die cum pietatis ope-
ra ardentius quàm solebat, se-
queretur, ^b Angelus pauperis specie
ei sese ostendit, stipẽ^c petit; cui cum
ille quam habebat pecuniam liben-
ti, promptoque animo elargiretur;

ex-

experiri venerā, dixit ei illico Angelus, quid factururus eras: & his dictis euauit. Qua ex re, eo Philippus miserationis affectu in pauperes ferri cœpit, vt ex eo die nemini vnquam poscenti eleemosynam negauerit. Pauperibus viris, ac feminis, quibus opus habebant, abunde suppeditabat. Iuuenibus ad literarum studia propensis pecunia, & libris, ac vestibus nō deerat. Hebdomada nulla erat, quin eleemosynā ijs, qui in carcere detinebantur, mitteret. Nemi- ni pauperum stipem denegabat.

Cū pauperimę feminæ a nuditas, eo audiente, commendaretur, suā sibi vestem detraxit, vt inopi traderet. Egenis adolescētibus, quib⁹ cupiditas erat cœnobiis se mācipandi, probato eorum spiritu, tantū donabat pecuniæ, quantum coēmendis vestibus ad institutum, quod amplectebātur, appositis, satis esset. iure ergo, meritoq; de eo dicere possumus, nihil habebat, & omnia possidebat;

quan-

*cerdotibus
ex data sibi
Dei voluntate
occasione
narravit*

*d Simile
fermè de S.
Martino
scribit B.
Sulpicius
Seuerus
Vita eius li.
1. cap. 2. &
de eiusdē
Virtutibus
dialo. 2. Nō
absimile
de S. Mar-
ciano Me-
taphr. a-
pud Sur.
tom. 1. &
S. Audoē-
nus de B.
Eligio Epi-
scopo.*

quandoquidem beneficiū ille Ec-
clesiasticum possedit nullum, pe-
cuniæ contemptor eximius, vt si
quis alius: tamen in omni vita nihil
ei vnquam, nec ad proprium vsum,
nec ad aliorum subleuandam ino-
piam defuit.

Oranti S. Ioannes Baptista sese ostendit.

PHilippus interim diuinæ volun-
tatis cupidissimus, Dominū pre-
cabatur assidue, vt sibi quam vitæ
rationem sequi se vellet, ostende-
ret; solitariam vitam amplecti (nisi
Deo aliter visum esset) sibi in ani-
mo erat. Sed incertus num id maxi-
mè ad Dei gloriam pertineret, ad
explorandam eius voluntatem as-
siduis precibus dat sese, eam ingre-
di viam paratus, quam Dominus
elegisset. Diu itaque in eiusmodi
cogitatione versatus, audiri tandē
meruit: Quodam etenim die ora-
tioni sub ortum solis intento S. Io-
ānes Baptista apparet, quo viso mi-

rificè

*Id et ceteri
sileantur
publico te-
stimonio
cōfirmantur
Federicus
Card. Boi-
romanus.*